



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXXVII. Romana legati de Frangipanis. De eadem materia
pertinentiæ fructuum ad gravanum vel fideicommissarium respectivè; Et
an ordinato illorum cumulo ad favorem filii nascituri ex orimo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

deindeque ad plures annos acquiescente, teneretur possessor se depauperare cum restitutione magni cumuli illorum fructuum, quos minutatim percepit & consumpsit, dum receptum est ad effectum excusandi a consumptis sufficere ut supra nedum bonam sed etiam mediam fidem, adeo ut absit mala positiva.

Et consequenter parum probabilis videtur dicta altera decisio in Romana domorum coram Bichio, in qua proceditur etiam cum aliquo æquivoco & cum diversis terminis diversam rationem habentibus, in casu scilicet quaestionis disputatae apud Capp. Latr. eadem dec. 65., quando lite valide, & coram iudice competente introducta, ob non prosecutionem sequatur instantiæ peremptio juxta dispositionem juris civilis in l. properandum C. de iudiciis, deinde que adversus talem peremptionem, per insufflationem spiritus à Principe concessam, sive ex alio restitutionis in integrum remedio, concedatur ejusdem instantiæ restauratio, ex iis quæ cæteris relatis habentur præsertim deducta per Rovit. super pragm. in rubr. & pragm. 1. de instan. caus. non restaur., ut tunc rejecta opinione Fachinei lib. 12. cap. 72., & aliorum, fructus veniant potius ab initio, quam à die hujusmodi instaurationis, ut advertitur etiam disc. præced., quoniam veritas prævalere debet fictioni, qualis est illa hujusmodi peremptionis instantiæ ac respectivè instaurationis, utpotè proveniens à subtilitate vel fictione juris civilis, exclusa proinde à jure canonico quod veritatem magis quam fictionem sequitur, ideoque instantia nunquam perit sed est perpetua; Sed hoc nil commune habet cum isto casu in quo ius possessoris non resultat ex dicta legis fictione vel subtilitate, sed ex facto petitoris male eum vocantis coram iudice incompetente, deindeque adeo negligentis, & sic termini sunt omnino diversi.

16 Quo verò ad dictas alias decisiones in Romana re-petitionis coram Priolo, fundamentum in eis constituitur potius in facto quam in jure, quod scilicet quamvis iudicium esset nullum, at tamen ob exhibitionem iurium, ac probationes à haec acta, possessor fuerat satis instructus, ac certificatus se non esse dominum, atque ita constitutus in mala fide; Ac ulterius nullitas iudicii proveniebat quoque à fictione vel dispositione legis, veritas autem naturalis de facto assistere videbatur petitori, qui agnita unius iudicis incompetencia non obdormitaverat in diuturno silentio ut in præsentis, sed litem coram competenti persequutus fuit, ideoque omnino diversus est casus, atque hujusmodi circumstantiis seculis, dictoque notabili silentio intermedio accedente, verior videtur propositio firmata in supra allegat. de-cis. Merlini & Durani; Non tamen videbatur quod congruerent termini interruptionis præscriptionis cum quibus in dictis decisionibus coram Priolo proceditur ob rationis diversitatem bene ponderatam per Fachin d. contr. 73 lib. 12. sed quidquid sit, illi non faciebant ad casum.

ROMANA LEGATI DE FRANGIPAN

PRO

MARCHIONE FRANGIPAN

CVM

SOCIETATE SS. APOSTOLORUM

Casus decisus per Rotam pro Societate postea concordatus.

De eadem materia pertinentiæ ætuum ad gravatum vel fideicommissarium respectivè; Et ad nato illorum cumulo ad favore- lii nascituri ex primo honorati- beantur substituto in casu mortu- vitatis.

SVM MARIVM

- 1 Fidei series.
- 2 Resolutio causa.
- 3 De regula ut fructus pertineant ad gravatum limitatione ex contraria voluntate usque.
- 4 Quod bona fides, vel media exiit a substitutione & num. 10.
- 5 Substituto debetur totum id quod deberetur primo honorato.
- 6 Creditor qui recepit pecuniam cum obligato substituendo &c. factio casu non restituitur temporis.
- 7 Principalis debitor nunquam præsertim in mala fide.
- 8 Quod resolutione habeant difficultatem &c.
- 9 De ratione ob quam cumulus fructuum contrarius non esset demandatus nisi post naturam.
- 10 De conclusione de qua ram. 4.
- 11 Testatore mandante debita exequi cum fructibus factio casu restitutionis debita soluta debetur.
- 12 Quando fructus cumulati debeantur substituto.
- 13 De duplicitate persone considerata in heredi vel possessore fideicommissi ut sit de bono & sui ipsius.

DISC. CLXXXVII

Legavit Catharina de Strozis, Robertus Priolo, & Pompeo de Frangipanis ex fructibus scuta bis mille investenda in filii masculi primo ex eis procreandi, si non masculi, tum succellivo fideicommissi ad primam femina, cum succellivo fideicommissi ad rem descendentiū ex eo, ita tamen quoad primam descendentiū usquequo nasciturus perveniret ætatem 20. annorum ad effectum emendationis prædium conspicuum; Quatenus verò nullus procrearetur, voluit quod legatum vadere ad societatem SS. Apostolorum; Cumque cetera per legatarios investita esset in centis annis hinc sequuta ad annos circiter quadraginta Marii absque prole, scripto hæredes agnatos

De L. T. ne instam...

dicta Societas iudicium instituit contra dictum heredem tam pro sorte quam pro fructibus interim cum mulandis, & introducta causa in *Rota coram Cerro* prodit resolutio eidem Societati favorabilis *sub die 3. Junii 1658. confirmata 16. Junii 1659.*, sed concessa nova audientia, ac denuo proposita causa, cum ob difficultates agnitas dilata esset resolutio, id ansam dedit concordia quæ liti finem præbuit.

Resolutionum fundamentum fuit, quod licet vera planaque sit regula, ut fructus bonorum fideicommissi ac restitutioni subiectorum pendente conditione pertineant ad gravatum, neque in fideicommissi restitutione veniant, ad *text. in l. facta §. si hæres ff. ad trebell.*, ubi scribentes, de quibus apud infra allegandos, & passim; Attamen vera est limitatio, ubi de contraria, sive expressa sive tacita & conjecturali voluntate testatoris constat; *Mantic. de conjecl. lib. 7. tit. 10. num. 9.*, Et in specialibus terminis cumuli fructuum demandati ad favorem nascituri *Gratian. discept. 540. nu. 46. & 47. Rota decis. 682. nu. 3. cum seq. par. 2. rec.* & quæ decisio fuit resolutionum causa, utpotè visa specialis.

Et quamvis ex hac parte non negata dicta limitatione, Ego & ceteri scribentes de duobus replicaverimus; Primò. s. quod dictus cumulus ordinatus fuisse ad favorem nascituri, iniciandus ex tempore natiuitatis, non autem antea, unde præterea nunquam factus esset ejus obligationis casus, sed fideicommissum remaneret in sola sorte, quæ non controvertatur.

Et secundo, quod sufficeret id esse ambiguum, atque iustè seù probabiliter gravatos opinari potuisse ad dictum cumulum non teneri, nisi ex dicto tempore natiuitatis primi filii, & postquam illa sequuta esset ad effectum ut exinde resulter bona fides vel saltem media exclusiva malæ fidei positivæ, quod sufficit ad effectum excusandi à restitutione fructuum consumptorum & non extantibus, ex iis, quæ specialiter ac in individuo habentur per *Rotam decis. 189. numer. 28. & 29. p. 7. rec.* & generaliter *Greg. & Adden. decis. 74. Buratt. & adden. decis. 124. & passim.*

Respondetur tamen ad primum, juris regulam esse, ut substitutus capere debeat totum id quod caperet institutus seù primò honoratus, in cuius locum subrogatus est. *Alex. in l. cohæredi nu. 2. ff. de vulgari & pupillari, Cephal. cons. 620. num. 18. Peregr. ar. 15. num. 11. cum aliis in causa decisionibus.*

Ad secundum verò dicitur, quod dicta propositio procedat, Vel ubi agitur de tertio possessore, cum bona vel non mala fide percipiente fructus ex re aliena, quam credebat esse suam, Vel ubi agitur de creditore in concursu recipiente pecuniam vinculatam cum obligatione de restituendo prioribus vel posterioribus, quod si interim eam investitam retineat in locis montium vel aliis effectibus fructiferis, facto casu avocationis eos restituere non tenetur, sed facit suos juxta plerè firmata per *Rotam decis. 232. par. 2. rec. sæpe in aliis canonizata, præsertim apud Celsum decis. 206. num. 7. cum similibus*, quodque hæc non applicentur ad rem, dum iidem gravati erant debitores census, in quem dicta pecunia legata investita fuerat, & consequenter quod excusari non possent à solutione dd. fructuum ratione malæ fidei, ob quam principalis debitor nunquam præferbit, ad terminos *text. in cap. finali de prescript. cum concord. latè cumulat in Bivuntina census coram Corrado decis. 373. par. 9. rec.*, ubi agendo in specie de debitorum fructuum census vel ejus hæredè, negatur dicta præscriptio seù liberatio ex tempore, Tum ra-

tionem malæ fidei, juxta opinionem ibi magis receptam, influentis etiam in heredem, Tum etiam quia in hujusmodi annuis præstationibus verior seù magis recepta per *Rotam & Curiam* est opinio Ultramontanorum, quod tot requiratur præscriptioes quot sunt anni, quodque ubi adest iuramentum, prorogatur actio usque ad annos 40. ex plenè deductis *dicta decis. 373. nu. 9. & seqq.*

Mihi, reflectendo etiam ad solam veritatem, resolutiones non captivarunt intellectum, quamvis propositiones, quibus innuntur in suis casibus essent veræ ob defectum applicationis, in qua dicebam consistere fallaciam aliquam agnitam in ultima disputatione ut supra; Non negabam siquidem propositionem, quod substitutus tanquam subrogatus in locum primò honorati capere debeat totum id, quod ille obtineret, quando diversa disponentis voluntas non urgeat ex regula subrogatorum, sed dicebam difficultatem esse in eo quod neque institutus seù honoratus capere deberet fructus ante natiuitatem de quibus erat questio, ideoque etiam si ille natus esset, non potuisset à patre ac patris prætertere hos fructus nisi ex tempore natiuitatis, non autem pro tempore antecedenti, atque in hoc erat punctus, dum supponebatur pro conclusione id quod erat in questione, atque fundamentum constituebatur in subsequenti cum certo præsupposito antecedentis, quod negabatur.

Quod autem etiam favore ipsius nascituri cumulus fructuum per gravatos faciendus non esset, nisi ex tempore natiuitatis, probabilius videbatur; Tum ita suadentibus verbis: Tum etiam fortius, ita suadente ratione, ob quam testatrix tale onus legatariis dilectis atque sanguinis conjunctione artinentibus imponere voluit, quando filius nasceretur & non antea, quoniam ita, assecurata successione, voluit testatrix fieri cumulum pro majoribus successoris divitiis parandis ad majorem decorem domus, atque tunc, licet ipsis legatariis onerosum esset absque aliqua utilitate dictum cumulum facere, attamen incommodum compensatum remanebat cum commodo exinde resultante ad favorem eorum domus & posteritatis, qua ratione cessante, nullatenus probabile videbatur, quod ita nepotes dilectos ad favorem loci pii extranei, ita non honorare, sed nimium gravare voluisset, cum hoc cumulo fructuum minutim singulis annis percipiendorum, qui totum eorum allem longo temporis intervallo accedente absorbere posset, eoque depauperare contra omnem verisimilitudinem, ideoque longa differentia videbatur inter unum casum & alterum.

Eo etiam potissimè considerato, quod si factus esset casus natiuitatis dicti filii, qui ad aliquos annos obiisset, nihil Societas substituta præterdere potuisset ergo clara videbatur voluntas ordinandi dictam substitutionem conceptam in solo casu non natiuitatis in sorte principali & non ultra, ita præferendo Societatem substitutam legatariorum extraneis hæredibus.

Et nihilominus dicebam sufficere ex his id reddi dubium, ut propterea cessaret istorum fructuum obligatio, Tum ex dicta regula in his specialibus terminis firmata *d. decis. 189. par. 7. rec.*, ut etiam fides media excuset à fructibus consumptis, & non extantibus, quia sufficit abesse malam positivam; Tum magis ad rem, quod cum ut supra juris regula clara assistat gravato, ut suos faciat fructus, ad hoc ut intret limitatio ex contraria testatoris voluntate, ista debet esse expressa, seu aliàs clara, cum aliàs in casu dubio respondendum sit pro regula cõ-

tra limitationem, ut advertunt *Mantica dicto lib. 7. tit. 10. numer. 7. & Peregr. art. 49. num. 29.* Adeo-
ut si testator disponat debita aliaque onera hæredi-
taria adimpleri cum fructibus, non per hoc indu-
cta censetur istorum prohibitio, quin gravati favo-
re cedant, quia potius id resolvitur in confitum, eis-
que ad gravati favorem cedentibus facta casu resti-
tutionis detrahuntur debita cum eis soluta, ut fir-
matum fuit per *Rotam in Aesna fideicommissi 8. Junii*
1618. Vbaldo, & habetur in sua materia *sub tit. de de-*
tractionibus.

- Neque ob stare videbantur firmata in dicta decis.
12 682. par. 2. rec., quæ verè potissima causa fuit reso-
lutionum repetit. apud *Gratian. dista. discept. 540.*
Tum quia ibi cumulus fructuum cedebat favore ag-
nationis, qui principaliter consideratus fuit; Tum
etiam, quia ibi fructus jam de facto cumulati fue-
rant, ac extrabant, undè duo resultabant, Primò
quod ita intrare non poterat dicta conclusio de fru-
ctibus bona vel non mala fide consumptis; Et se-
cundò, quod dicta observantia cumulandi & inve-
stiendi fructus ab initio interpretabatur, quod talis
esset disponentis voluntas, quæ etiam in verbis cla-
ra videbatur, ideoque præfatæ decisionis casus ab
illo præsentis controversiæ omninò diversus vide-
batur.

Quoverò ad dictam responsionem in decisioni-
bus deductam, de principali debitore ratione mala
fidei nunquam præferente, Advertendam procedi
cum æquivoco manifesto circa dictæ conclusionis al-
liquoquin in suo casu verè malam applicationem, illa
siquidem rectè procedit, quando debitor unam tan-
tùm personam gerat debitoris ab ejus creditore pul-
sati ad solvendum id quod debet de præscriptione
excipientis, (æcus autem in isto casu, in quo gravati
duplicem diversam personam repræsentabant, U-
nam debitorum census, Alteram verò legatariorum
ita gravatorum, quæ personarum diversitas di-
versis respectibus rectè dari potest in una & eadem
persona materiali, ut in his terminis possessoris fi-
deicommissi vel majoratus, aut feudi qui sit ex per-
sona propria debitor vel creditor sui ipsius possessoris
feudi vel majoratus, seu fideicommissi, cæteris
relatis habetur apud *Molin. de primogenitura lib. 1. q. 26. num. 10. cum sequen. Salgad. in labyrint. par. 2. cap. 28. de dation. resol. 21. tom. 2.* & habetur fre-
quenter *sub tit. de credito*, ac etiam *sub tit. de feudis*
diso. 23., & sic dicebam quod isti legatarii & respec-
tively debitores per actum occultum à lege subintel-
lectum dicti census fructus singulis annis tanquam
legatarii exegerant à seipsis tanquam debitoribus, ac
si à tertio debitore exegerissent, ita ex titulo legati pe-
nès eos remanentibus non autem jure debiti non so-
luti.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE AMADORIS.

Discursus pro veritate in congressu.

De eadem materia fructuum ex bonis,
de quibus dispositum est ad favo-
rem nascituri, ad quem pertineant,

An ad primò honoratum qui
scituro est restitutus, vel ad
ulteriores substitutos ipsi nascituro
Et incidenter de alimentis detra-
hendi possessori fideicommissi, vel
successionem sperat, aut qui pro
scituro administat.

S Y M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Vocatus nascituro, fructus interim commo-
bent ad ipsius nascituro, vel eius substituti
- 3 Procedit ubi agitur de prima, & deinde
nascituro, cui per vulgarem datus est
- 4 Secus autem ubi vocatio est per fideicommissum
- 5 De ratione differentia inter unum calom, & alterum
- 6 De ratione dubitandi de applicatione dictæ decisio-
- 7 Paganus non habet duplicem heredem, ac dicitur
hereditatem, sed id conceditur solum matris heredi-
datario.
- 8 Appellatione bonorum, quod non veniat in
tiones.
- 9 An conclusio, de qua n. 7. procedat ubi agitur
causa
- 10 De errore non distinguendi casus, & quomodo
loquuntur.
- 11 De alimentis debitis possessori fideicommissi.
- 12 De salario debito tutori, vel admistratori.

D I S C. CLXXXVIII.

Foelix de Amadoris, instituto Franciscus
ei post mortem substituit proximorum
sanguineum sub diversis legibus, & condi-
tionibus ad rem non facientibus, magis æquum
quàm aliàs præcaverim probantibus immo
stultitiam curandi administrare bona periti
mortem, dandique vivendi legem succedentibus
dum inobservantibus, sed ut plurimum facientes
de directò oppositum; Franciscus autem in
testamento Amadoris ejusque descendendum, et non
titerunt, vocavit filium primogenitum Ugo-
linum ad perpetua primogenitura ad favorem ejus
descendentium, in quorum defectum vocavit etiam pa-
triam, Et Amadoris demum mortuus abique pro-
prietate bonis Florentiæ instituit dictum Ugo-
linum, et filios suos nascituros ejusdem cum legatariis
ad rem non facientibus, & in eorum defectum
locum pium; Cumque Ugo-
linus obitum sibi decerni administrationem bonorum dictorum
Francisci & Amadoris de quibus ad commoda
scituro ut supra dispositum erat, sub conditione
præstandi cautionem de bene administrando, sine
proinde occasione adimplendi dictam conditionem
præfatæ cautionis, sive istam renovandi, cum de
trajudicialis dubitatio, an eam præstare deberet
ipsis bonis in sorte principali tantum, vel etiam
fructibus percipiendis & cumulandis ad favorem
nascituro, & in eorum defectum ad favorem
rum locorum substitutorum; Atque super hoc, in
memoria non suggerente, an ad solius Ugo-
lini præsentium Advocatorum consilium pro veritate
corditer ad ipsius ac substitutorum instantiam
fuit, quorum unus ego fui, deinde per
non acquiescentibus, de super introducta fuit
in Rota coram Bevilacqua intulata, Romana
nis rationis, in qua sub die
diit resolutio contra Ugo-
stitutus favorabilis pro cumulo etiam fructuum.